Fragmentarium

qui in caelis ē glorificatur. Tales sunt nimirũ illa
terribili in separatione placendi. quia dicit; Amen dico
uob. receper mercede sua; Sed & hoc dicendũ. quia si
illi uirtutes dominicas tacere nequeunt qui tacendi
p̄ceptum acceperant. multo amplius sit nob diuinæ
gratiæ p̄coniis semp insistendũ. qui cotidianis inui
tem nos uerbi cælestis alimoniis reficere p̄cipimur.
dicente aplo iohanne; Qui audit dicat ueni. id ē
qui fragrantiam supnæ aspirationis mente concipit.
qui uerbũ exhortationis quo utilē p̄ximũ confortare
ualeat didicit. Nequaquã bonũ qđ nouit silentio ab
scondat. sed ipsum p̄ximis fratribꝫ aperiendo cõmuni
cet. Si enim ea quæ nouim benigne p̄ximis dicere
bona non neglegim. ad eum ille inquo sunt omnes the
sauri sapientiæ & scientiæ absconditi. & qđ nunc ex
parte nouim. ad pfectũ nob lum̃ ueritatis intimare
dignabitur. ihs xps dns unigenitus patris. qui cũ eo
uiuit & regnat in unitate sps sci ds p omnia sæcula
sclorũ. amen. IN NATL SCI TIMOTHEI. XII K. SEPT.
TEXII LEC SCI EUG. SECUNDUM LUCAM. cap. clxxxi.
In illo temp. dixit ihs turbis; Siquis uenit ad me &
n odit patrem suũ. & matrem. & uxorem. & filios
& frs. & sorores. adhuc aũt & animã suã non potest

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 1014, Cod1014_190b_v – Homiliarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-asok/2536/39745)